



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

Praefatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)



Mnes homines, qui vsu pa-  
rētum ac patriæ, benè mo-  
rati sunt, & semper in ali-  
quo præclaro negotio ab  
ineunte (vt aiunt) ætate versati, ali-  
cuius rectè facti ac bonæ artis famam  
quærere cupiunt, non solùm ab omni  
vicio & turpitudine sese immunes red-  
dunt: verùm etiam alijs prodesse om-  
ni ope curaq; nituntur. Idcirco ma-  
iores nostri, quorum dicta & facta ma-  
gis mirari, quàm prosequi possumus,  
semper aliorum inuenta laudabiliter  
rueri augereq; nitentes, ea velut no-  
bile patrimonium à suis progenitori-  
bus derelicta, vsq; ad suprema fastigia  
& rerum apices euexerūt. Idq; vel hoc  
præcipuo documento in vestra præ-  
clarissima ciuitate licet intueri: quod  
viri optimi, & benè de repub. meriti,  
non somno aut luxui se corrumpen-  
dos sinunt, sed quod supremæ agunt  
ætatis, gratissimum & pinguedinum  
patri holocaustū offerentes pro quie-

quæritis

A 2

te, ac

te, ac ocio pietatis, ac beneficentiae onera complent. Templo diui Marci cumulatissimè dicatos thesauros, castissimè custodiunt: Piaque decedentium desideria complere, ac effectui mancipare impensius student: & pro pupillis & miserabilibus personis tutelam excipiunt. Quò fit, vt tota ciuitas vniuersusq; senatus illos in terris, diuinam potiùs, quàm humanam vitam degere contemplati, dictaturas & consulatus offerant: & inter ipsos illustrissimos patrie patres, supremam dignitatem velut gremio tutissimo locent. Et si humanae conditionis euètu, dux ad superos euolet, ex tali numero summæ rerum vnum præficere conueuerunt. Tatorum igitur patrum in perficiendis obeuntium volùtatibus, experienciã inestimabilem admiratus, deliberaui quẽdam tractatulum executorum supremi iudicij, ex iuris fontibus haustum, & à me nuper enucleatum tanto quidem ordini conuenientissimum,

P R A E F A T I O.

tissimum, tuæq; clementiæ de illis vni  
certè præstantissimo dedicare, non vt  
te quidem monerem, qui & naturæ &  
exercitationis vsu ad omnia præclara  
facinora & natus, & aptus es, verum  
potiùs, vt quæ in iure scripta, & à ma-  
ioribus nostris in vnum congesta atq;  
redacta sunt contemplatus, ipsa illa in  
te flore recognoscas, & continuo vsu  
facias meliora. Scripsit enim de his li-  
bellum Ioan. Blanchus Marsiliens. non  
doctus, sed doctus circiter annum  
D. M. CCLXIII. Quatuor rubricis,  
vnà generali, & tribus specialibus di-  
stinctum, ac quæstionibus. 135. Eo-  
demq; modola. de are. doctor illustris,  
compedium fideicommissarium appel-  
latum, quadrifariam diuisum, dereliquit.  
Tractatumq; de his fecere Vbertus de  
Bobio, Ros. & Odo. Iac. Balduinus, Ni-  
colausq; matarelli Mutinensis quos  
Spec. & Ioan. And. in addi. consecuti  
sunt. Cy. verò. & Legistæ in. l. id, quod  
pauperibus. l. nulli, & l. si quis ad de-

A 3 clinan-

P R A E F A T I O.

dam. C. de epi. & cle. Bar. & pleriq; in. l. cum quida. ff. de lega. 2. Et Canon. in. c. nos quide. c. tua nos. & c. Ioã. de testa. c. fin. eo. tit. li. 6. & in cle. c. vlt. rem ipsam mirificè ampliarūt. Quid aliorum consilia & allegationes referātur? Non leue quidem volumen efficierem, si vellem singulos recētere. Inest prætereà summa varietas, ordo, perplexitas, adeò quòd si singulos cōsequi vellem, nec dici facilè, neq; audiri patienter posset, Quare facilitati potius, quàm nimia subtilitati studens, in luculentā reduxi culturā. Ex qua sperandum est, meo iudicio, fructus vberes prouenire. Ordo aut̄ dicendorū conueniens esse videbitur, si primo loco de ortu per diffinitionē, nomē diuisionē, ac cōstitutionē ipsorū disseramus. Postea verò, secūdo loco de officio & potestate, modo, & facultate dicetur, Tertiò verò, de ipsorum exitu ac fine scribendo. Et de ipsorum commodis & damnis disseretur. A primio igitur exordientes, aliqua præmittemus.